PRINCIpia elemẽtaria, iuuenibus maxime accommoda: quibus Naturæ verborum ſubnectũtur.

Sor elizabet du guy

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

PARISIIS
Apud Simônem Colinæum
1536

SDC

5

QVOT MODIS DEbemus incipere materiam? Quatuor modis. Quibus? Nominatiuo, vocatiuo, ablatiuo poſito abſolute, & verbo imperſonali.

Vnde verſus.

Incipe materiam primo caſu, quoque quinto:
Imperſonali verbo, ſextóq; libenter.

Quando debemus incipere per nominatiuū caſum? Quādo in gallico eſt vnum nomen ſubſtantiuum: vel vnum pronomē primitiuum: & poſtea ſequitur vnum verbum modi finiti talis perſonæ.

Vnde verſus.

Incipitur recto, ſi perſonale ſequatur
Fixum cui ſit ſuppoſitum, ſicut, legit ille.

Quando debemus incipere per vocatiuum? Quando nos dirigimus ſermonē noſtrum ad aliquem præcipiendo vel deprecando.

Vnde verſus.

Incipe per quintum ſi tu direxeris ad quem,
Sermonéſq; tuos: vt, dic homo: vel, lege Petre.

Quando debemus incipere per ablatiuū caſum poſitum abſolute? Quādo in gallico eſt vnum nomen ſubſtantiuū, vel vnū pronomē primitiuū cū vno participio poſito vel ſubintellecto: & poſtea ſequitur aliquod verbū à quo illud nomē vel ꝓno

men poſſit regi.

Vnde verſus.

Quum verbum non ſit cui ſuppoſitũ dare poſſit
Rectus: tunc ſextum debes aſſumere caſum.
Hũc etiã appoſitum dicas, quia nil regit ipſum.

¶Quot requiruntur ad ablatiuum abſolute poſitum? Quinque. Primo, nomen ſubſtantiuum, vel pronomen primitiuum. Secundo, participium poſitum vel ſubintellectum. Tertio & quarto, vna oratio de qua ablatiuus ſit cauſa, vel vt cauſa conſequentiæ denotetur. Quinto, quòd reſoluatur per dictiones cõſecutiuas, quę ſunt, ſi, quia, dum, donec.

Vnde verſus.

Per dum, vel per ſi, vel per quia, ſæpe reſolui
Ablatiuus habet, quando regente caret.

¶Vtrum vnus ſolus ablatiuus poſſit poni abſolute? Non: niſi deſcendat à verbo imperſonali.

Vnde verſus.

Ab, nunquam ſolum ponis, ni procreat illum
Imperſonale, velut hæc dico ſimiléſque.

¶Vtrũ ablatiu9 poſſit poni abſolute ſine participio? Non: ſed debet poni aliquid loco participij.

Vnde verſus.

Abſolui non vult ablatiuus, niſi iungas
Participẽ, aut aliud quid ſub vice participantis.

¶Quando debemus incipere per verbum imperſonale? Quando in gallico eſt vnum verbum, & poſtea non ſequitur aliquod nomen vel pronomen quod poſſit eſſe ſuppoſitum: vel etiam

quando in gallico dicitur len,on,vel il.

Vnde verſus.

Si ſine ſuppoſito certo fiat tibi ſermo,
Imperſonali verbo tunc nos decet vti.

¶Verbum imperſonale cognoſcitur, quando in principio ſui ſignificati dicitur gallice len, on,vel il.vt legitur:len liſt.

¶Quot modis impeditur conſtructio? Quatuor, ſcilicet quæſtione:vt,quem librum audis? Diuiſione:vt,literarum aliæ ſunt vocales, aliæ ſunt conſonantes.relatione:vt,patrem ſequitur ſua proles. negatione:vt,nulli homini obuiaui.

Vnde verſus.

Quærere,diuidere,paritérque referre,negare:
Bis duo ſunt per quę conſtructio nõ datur æque.

¶Per quot articulos declinantur nomina ſubſtantiua? Per vnum, vel per duos: & non per plures.

Vnde verſus.

Articulum geminum dant ſubſtãtiua,vel vnum.

¶Per quot articulos declinantur nomina adiectiua? Per tres articulos,vel per tres diuerſas terminationes.

Vnde verſus.

Tres adiectiua dant,vel tres ſunt tibi fines.

¶Quot modis debet adiectiuum aſſimilari ſuo ſubſtantiuo? Tribus,ſcilicet in genere,caſu,& numero.

Vnde verſus.

Eſt adiectiuum cum ſubſtantiuo iocandum

In ſimili genere,caſu pariter numeróque.
¶Quid eſt antecedēs?Eſt dictio quæ ponitur ante ſuum relatiuum.
¶Quid eſt relatiuum? Eſt rei ante latæ recordatiuum.
¶Quot modis debet relatiuum aſſimilari ſuo antecedenti? In duobus, in genere, & numero: & aliquando in tribus: ſcilicet genere, numero, & caſu.

Vnde verſus.

Eiuſdem generis dic cum præeunte relatum.
Et numeri caſum quandoque licet variari.
¶Quot modis debent conuenire ſuppoſitum & appoſitum? Duobus:ſcilicet numero,& perſona.

Vnde verſus.

Perſona numero ſint nomina conſona verbo.
¶Quot requiruntur in ſuppoſito verbi perſonalis?Quatuor.Primo,quòd ſit ſubſtantiuum.Secūdo,quòd ſit nominatiui caſus.Tertio,quòd ſit talis numeri,qualis eſt verbum.Quarto,quòd ſit talis perſonæ.

Vnde verſus.

Suppoſitum verbi vult quòd ſint quattuor in ſe.
Stet per ſe primum,recti caſúſque ſecundum.
Denuo perſonæ concordia ſit,numeríque.
¶Quando duo ſubſtantiua ſimul veniunt vnum poſt aliud ſine coniunctione media, in quo caſu debet poni ſecundum?In genitiuo.

Vnde verſus.

Dum ſubſtantiua veniunt pariter duo per ſe:

Dum ſint diuerſa,velut hęc ſunt,cappa magiſtri:
Extremum poni debet caſu genitiuo.

¶Quando ſenſus genitiui venit poſt proprium nomen,vel poſt verbum vel participium,quē caſum debemus ponere? Ablatiuum caſum.

Vnde verſus.

Poſt propriū nomen,poſt verbum,participán ſcꝫ
Si veniat ſenſus genitiui,iungito ſextum.
In reliquis ſextum non iungas,ſed genitiuum.

¶Quando duo verba ſimul veniunt ſine coniunctione media,& ſunt ſine motu, cuius modi debet eſſe ſecundum? Infinitiui modi.

Vnde verſus.

Si duo verba ſimul veniunt,& ſint ſine motu:
Infinitiuum verbum vult eſſe ſecundum.
Hunc librum legere volo,quem deſidero ſcire.

¶At ſi primum verbum ſignificet motū eūdi ad locum,ſecundum debet poni in primo ſupino.

Vnde verſus.

Si primum verbum motum deſignet eundi:
Extremum primi verbum vult eſſe ſupini.
Sicut,eo lectum dicas:vel,vado comeſtum.

¶Si primum verbum ſignificet motum redeundi de loco:ſecundum verbum debet poni in vltimo ſupino.

Vnde verſus.

Sed ſi deſignet primum motum redeundi:
Ponere poſtremū debes tunc præſto ſupinum.
Dicis enim lectu venio,redeóqꝫ comeſtu.

¶Quot ſunt tempora formata à præterito per

fecto indicatiui modi? Sex: ſcilicet præteritum pluſquamperfectum eiuſdem modi, præteritum perfectum & pluſquamperfectum optatiui modi, præteritum perfectum, & præteritum pluſquamperfectum, & futurum coniunctiui modi, præteritum perfectum & pluſquamperfectum infinitiui modi.

Vnde verſus.

Præteritum de ſe ſex format tempora, ſem, ſe:
I mutando per e,ram,rim,ro,poſtea iunge.

PRINCIPIORVM FINIS.

PRO ALIQVALI INſtructione iuuenum notādum eſt, quod ad debite materiam componendū, quinque principaliter requiruntur. Primo, quòd pueri bene intelligant gallicum ſuæ materiæ, & ſciant ipſum deducere ad bonum ſenſum, ſi ſit aliqua obſcuritas. Secundo, requiritur, vt ipſi cognoſcant quot ſunt orationes vel clauſulæ in ſuo gallico, & eas diſcernere abinuicem. Tertio, vt cognoſcant verbum principale in qualibet oratione vel clauſula. Quarto, vt ſciant quid habent in latino pro quolibet vocabulo poſito in gallico. Quinto, vt cognoſcant naturam cuiuſlibet dictionis poſitæ in materia: & principaliter verbi cuiuſlibet clauſulæ. Et ideo ad habendum naturas verborum, ſciendum eſt quod verborum aliud eſt perſonale, aliud imperſonale. Verbum perſonale, eſt illud quod habet certum numerum & certas determinatáſque perſonas tam in ſingulari numero quàm in plurali. Verborum perſonalium aliud eſt ſubſtantiuum, aliud adiectiuum. Verbum ſubſtantiuum, eſt illud quod eſt radix & fundamentum omnium aliorum verborum: & includitur in quolibet alio verbo: & ſunt tantummodo tria: ſcilicet, ſum, fio, & exiſto.

Vnde verſus.

Sum̄,ſimul exiſto,fio,nil amplius addo.

Et habent talem naturam,quòd volunt habere nominatiuum caſum à parte ante pro ſuo ſuppoſito,& nominatiuum caſum à parte poſt pro ſuo termino . Et ſimiliter verba vocatiua regunt nominatiuum caſum à parte poſt, & à parte ante, ſicut verba ſubſtantiua:& ſunt quinque.

Vnde verſus.

Quinq; vocatiua dicas tantummodo verba:
Nominor,appellor,nuncupor,vocor,& dicor.

¶Verbum adiectiuum , eſt illud quod ſignificat aliquem actum accidentalem inhęrentem alicui. Verborum adiectiuorum quædam ſunt actiua, quædam paſſiua,quædam neutra,quædam deponētia,& quædam communia.Verbum actiuum, eſt illud quod terminatur in o , & ex ſe format paſſiuum terminatum in or , & habet talem naturam generalem , quòd regit nominatiuum caſum à parte ante de re agēte pro ſuo ſuppoſito: & à parte poſt regit accuſatiuum ſignificantem rem rationalem de re patiente pro ſuo termino: vt,video Petrum.

Et nota quòd tres ſunt res rationales : deus , homo,& angelus.

Vnde verſus.

Actiuum dicas,hominem ſi iungere poſſis:
At neutrum teneas,iungere ſi nequeas.

¶Eorum autem quatuor ſūt modi ſpeciales cum generali natura.Quædam enim regunt cum ge-

nerali regimine datiuũ vel ablatiuum ex vi poſ-ſeſſionis vel cauſæ:vt,ſubijcito te magiſtro.Et ſi-militer verba accuſationem vel damnationem ſi gnificantia,vt accuſo te criminis vel crimine,ſce leris vel ſcelere.Alia ſunt quæ cum generali natu ra ſimiliter regunt datiuum & ablatiuũ ſine præ poſitione : vt, refero tibi lectionem bono corde. Alia ſunt quæ ſimiliter cum generali natura re-gunt alium accuſatiuum & ablatiuum ſine præ-poſitione:vt peto te lectionẽ intimo corde . Alia ſunt quæ ſimiliter cum generali natura vltra ac-cuſatiuum & ablatiuum cum prępoſitione regũt alium ablatiuum ſine præpoſitione : vt intelligo lectionem à magiſtro magna diligentia.

¶Verbum paſſiuum , eſt illud quod terminatur in or,deſcendens à verbo actiuo terminato in o, ſignificans paſſionem : & habet talem naturam generalem,quòd regit nominatiuũ caſum à par-te ante de re patiẽte pro ſuo ſuppoſito. & à par-te poſt regit ablatiuum de re agente pro ſuo ter-mino,mediante iſta prępoſitione à vel ab:vt,ego videor à Petro:diligor ab illo.

Vnde verſus.

Iſte datur caſus paſſiuis,à præeunte.
Cernitur hic à me:quandoque videbor ab illo.

¶Notãdum eſt etiam quòd verba paſſiua regũt quandoque nominatiuum caſum à parte poſt,ſi-cut verba ſubſtantiua: dum ille nominatiuus de-notetur pertinere ad idem cum ſuppoſito verbi: vt,ego videor vermis.

¶Et nota quòd quecunque caſum regit verbum actiuum vltra eius propriam naturã,eundem caſum regit verbum paſſiuum ab eo deſcendens,vltra ſuam propriam naturã,quæ eſt regere ablatiuum cum iſta præpoſitione à vel ab:vt poteſt videri diſcurrendo per omnes modos verborũ actiuorum:vt,percutior à magiſtro ictu,pugno manu,vel baculo,& ſic de alijs.

¶Verbum neutrum, eſt illud quod terminatur in o,& non poteſt accipere r ſuper o, nec facere de ſe paſſiuum:vt curro,bibo. Verborum neutrorum,ſiue neutri generis,quędam ſunt neutra trãſitiua:quædam neutra abſoluta: quædam neutra paſſiua:& quædam neutropaſſiua.

¶Verbum neutrum tranſitiuum, eſt illud quod terminatur in o,non habens paſſiuum terminatũ in or: & regit nominatiuũ caſum à parte ante ꝓ ſuo ſuppoſito de re agente,& accuſatiuũ à parte poſt de re patiente,non tamen ſignificantẽ rẽ rationabilẽ:vt,aro terrã,bibo vinũ.Et habet tãtum tertias ꝑſonas in paſſiua voce:vt aratur,bibitur.

¶Verbum neutropaſſiuum, eſt illud quod caret proprio præterito,ſed ſupplet ipſum ad modum verborum paſſiuorum:vt,fio,factus ſum.& ſunt quinque,ſcilicet audeo,ſoleo,fio, gaudeo,& fido. & habent talem naturam, quod omnia regunt nominatiuum caſum à parte ante pro ſuo ſuppoſito,ſed à parte poſt eſt differentia: quia iſta, ſcilicet audeo & ſoleo,conſtruuntur cum infinitiuo à parte poſt:vt,audeo facere hæc. Et illud verbũ

gaudeo, conſtruitur cum ablatiuo ſine præpoſi- tione: vt gaudeo pulchro tempore. & illud ver- bum fido, regit ablatiuum caſum mediante iſta præpoſitione in, vt, fido in vobis.

¶Verbum neutrum abſolutum, eſt illud quod nõ poteſt regere accuſatiuum ſine præpoſitione, vel ſine figura: vt, curro ad eccleſiam. & ſunt quadru- plicia: quia quædam ſunt poſſeſſiua, quæ regunt genitiuum caſum à parte poſt, vel ablatiuum: vt, indigeo auri, vel auro. Alia ſunt neutra abſoluta acquiſitiua, quæ regunt datiuum caſum à parte poſt, vt, ſeruio tibi. Alia ſignificant paſſionem in- natam: & habent talem naturam, quòd regunt no minatiuum caſum à parte ante, de re patiente: & ablatiuum caſum à parte poſt, de re agente ſine præpoſitione: vt, taceo pudore. Alia profectiua, & talia conſtruuntur à parte poſt cum infinitiuo. vt, ego vado legere, deſidero proficere.

¶ Verborum deponentium quædam habent ſi- gnificationem actiuam: & talia habent talem naturam ſicut verba actiua. vt ſequor Petrum, loquor latinum. Quædam ſignificant paſſio- nem: & ſunt quatuor, ſcilicet naſcor, orior, mo- rior, & potior. Non tamen ſignificant paſſio- nem grammaticalem, ſed naturalem: quia non important aliquid de ſum, es: quorum tria, ſci- licet naſcor, orior, morior, conſtruuntur cum nominatiuo à parte ante de re agente pro ſuo ſuppoſito: & à parte poſt conſtruuntur cum ablatiuo de re patiente mediante iſta præpo-

ſitione à vel ab, vt orior à matre. Sed iſtud verbum patior à parte poſt conſtruitur cum accuſatiuo de re agente, & à parte ante cum nominatiuo de re patiente, vt, patior Boream. Quædam habent ſignificationem naturalem, & talia ſunt quadruplicia, quia quædam ſunt poſſeſſiua: & talia conſtruuntur cum genitiuo à parte poſt: vt, miſereor tui, obliuiſcor lectionis. Alia ſunt acquiſitiua: & talia conſtruuntur cum datiuo à parte poſt: & ſunt iſta, minor, inſidior, medeor, confiteor, opitulor, auxilior, & ſimilia. Alia ſignificant paſſionem innatam: & talia conſtruũtur cum ablatiuo ſine præpoſitione: vt lætor pulchro tempore. Alia conſtruuntur cum infinitiuo à parte poſt: vt, iſte nititur facere hoc.

¶Item iſta verba quæ continentur in iſtis verſibus, conſtruuntur cum ablatiuo ſine præpoſitione, vt, fungor honore.

Vnde verſus.

Dignus cum potior, veſcor, fungor, fruor, vtor,
Et careo, iungo caſu tantummodo ſexto.

¶ Verbum commune eſt illud quod ſub voce paſſiua ſignificat actionem & paſſionem ſimul: vt, criminor te, & criminor à te. & ideo habent talem naturam ante & poſt ſicut verba actiua & paſſiua. Inquantum ſignificant actionem, conſtruuntur cum nominatiuo à parte ante de re agente: & cum accuſatiuo à parte poſt de re patiente: vt, criminor Petrum. Et inquantum ſignificant paſſionem, conſtruuntur

cum nominatiuo à parte ante de re patiente: & à parte poſt cum ablatiuo de re agente : vt, criminor à Petro. Et ſunt nouem, vt patet in his verſibus.

Vnde verſus.

Largior, experior, veneror, moror, oſculor, hortor.
Criminor, amplector, tibi ſint communia lector.
Et bene ſi numeres, interpretor addere debes.

¶ Verbum imperſonale, eſt illud quod caret numero & perſona determinate, & non habet ſuppoſitum. Verborum imperſonalia quædam ſunt actiuæ vocis, & ſunt illa quæ aſſimilantur tertijs perſonis ſingularibus verborum actiuorum: & ſunt quadruplicia, quædam conſtruũtur cum genitiuo à parte poſt, & infinitiuo ſequente: & ſunt tria, ſcilicet eſt, intereſt, refert, ſcilicet ſuppoſitum pro pertinet: vt, intereſt regis ire ad eccleſiam: niſi cum iſtis pronominibus mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra. Alia ſunt quæ exigunt datiuũ à parte ante: & poſt infinitiuum. & ſunt iſta quæ continentur in his verſibus.

Verſus.

Contigit, accidit, euenit, & placet, adde datiuo.
Et libet, atq; licet, liquet, & vacat additur iſtis.

Alia ſunt quæ conſtruuntur cum accuſatiuo & genitiuo à parte poſt: & ſunt quinque, pœnitet, tædet, miſeret, pudet, & piget: vt, tædet animam meam vitæ meæ. Alia ſunt quæ conſtruuntur cum accuſatiuo tantummodo : & ſunt qua-

tuor,ſcilicet iuuat,decet,delectat, oportet. vt iuuat me ire ad eccleſiam.

¶Verba imperſonalia paſſiuę vocis,ſunt illa quę aſſimilantur tertijs perſonis verborum paſſiuorum: & habent talem naturam, quòd nullum caſum regunt à parte ante, ſed à parte poſt regunt talem caſum ſicut verba à quibus deſcendunt:vt, amatur Petrum,legitur lectionem.

FINIS.

W